Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26114
Copyright: Admont, Benediktinerstift

quia fit iust. nisi ex peccato fiat. sic frequenter cantauimus. Beatus quorum remisse sunt iniquitates. Non dixit. beati qui non fecerunt peccata. sed beati quorum remisse sunt iniquitates. Si enim queris. qui non fecerunt non inuenies. Vnde igitur quisque erit beatus nisi remittat quod fecit. nisi negat quod commisit. Si igitur iam tuum peccatum dimissum est. Ille te insequitur qui non dum est iustus. & tu ante quam iustificaueris. alios persequeris. Perierat. & inuentus est. Et ille qui tibi adiutat. inuenietur & non persequetur. Noli cogitare quod tuus meritis talis factus sis. quia gratia te talem fecit. Et bene considerans. iudebis potentem esse dim. qui tale faciat eum. quem iuste iuderis odisse. Dicis enim tu tuum quasi iust.

Magna est patientia dei. quae illum talem uiuere sinit. Atque utinam hoc solum dicas. Sed timeo quod insuper reprehendas dicens. Qd placuit deo talibus parcere. Tanta mala faciunt homines & uiuunt.

Sic dicit aliquis. O dns. quare uiuit iste qui tanta dicit. & tua iustitia reprehendit. Non enim attendit quid ipse dicat. sed attendit quid alius faciat. Quid displicet fortassis non reprehendit. nec effundit istas contumelias in dim. quoniam tu facis. Ecce putas quia dns quoniam tu uis. nullum malo uult parcere. Qd de te facturus est. qui sine peccato esse non potest. Non attendis. ubi te inueniat.

Roga igitur ut non solum alius. sed etiam tuum parcat. Hoc itaque fits. habent quasi proprium omnis iniqui. nolunt ut parcat dns iniquis. & non uident quid ipsi sint etiam ex hoc ipso quod ita uolunt. Sed ego iustus sum iniquis.

Sic non parceret dns cum esses iniquus. quanto ad iustitiam puenisses.

An forte uolebas. ut dns usque adhuc patiens esset. quousque tu puenisses ad iustitiam. Quia dns extendit pontem misericordiae suae ut tu transi